



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorvm Vita, Moribvs, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. LXIV. Acedia Sæpe Et Clericos inuadit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

C A P. LXIV.

*ACEDIA SÆPE ET CLERI-
RICO INUADIT.*

§. **A**CEDIA non raro in Clericos impetum facit, tentat & subinde sanctos, David Psalm. 118.v. 28. *Dormitauit anima mea prætatio, confirmauit me in verbis suis. Vbi S. Hieronymus, dormitauit anima mea in hunc habitaculi mortalis statione, prætatio imbecillitatis corporeæ. Sanctus Gregorius homil. 17. in Euang. in verba Domini, Lucas 10. Meſſiuſ quidem multa, operarii autem pauci. Eta, inquit, mundus ſacerdotibus plenus eſt, ſed tamen in mēſſe Dararus valde inuenitur operator: quia officium quidem ſacerdotiale ſuſcipimus, ſed opus officii non implemuſ. Matth. 13. v. 25. cum dormirent homines, venit inimicus & ſuperfeminauit zizania in medio tritici, id eſt interprete S. Augustin. lib. QQ. Euang. q. 11. Cum negligentius agerent prepoſiti Ecclesiæ, venit Diabolus & hæreſeos pariter & malitia lolium inſperfit.*

§. Eo nomine coarguitur Episcopus Ephesinus Apoc. 2.v. 4. *Habeo aduersum te pauca, quod caritatem tuam primam reliquisti. Memor eſta itaq; unde excideris: & age pa- nitentiam & prima opera fac.* Reprehenditur eadem de cauſa & Laodicensis Episcop. Apo. 3.v. 15. *Scio opera tua quia neq; frigidus es neq; calidus, ſed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo.* Et Apostolus 2. Tim. 1. v. 6. *Admo- neo te, ut refiſcites gratiam Dei, qua eſt in te per impositionem manuum mearum;* Gratia, caritas, ſpiritus, ardor, zelus, ſenſim tempore langeſcitur, partim humanae imbecillitatis & mutabilitatis vitio, partim desidia, humanis affectibus & ſæculi vanitatibus reſtringitur, fuscitan- dus autem meditatione nouissimorum & rerum ſalutari- rum, pia lectione, precatione, virtutum exercitatio- ne, per-

ne, perficiendi conatu, spe cœlestis præmii. *Inclinaui*
cor meum ad faciendas iustificationes tuas in eternū propter re-
tributionem, Psal. 118. Frater quidam ut est in virtutis S. Pa-
trum dist. 2. §. 103. à sene Achille rogauit: Cur sedens in cella *Acediam pen-*
lit inferni cœ
accediam pateretur, cui senex ait: Quia nec dum vidisti requiri, confide-
em, quam speramus, nec tormenta qua timemus. Si enim ea ratio.
diligenter inspiceres etiam si vermbus plena esset cella tua usque
ad collum; tu tamen in ipsa iaceres sine acedia. Simile pror-
sus exemplum habetur in Prato Spiritali c. 142.
 de Alexandro Abbatे.

C A P. L X V .

QVA RATIONE TORPOR IN
diuino cultu excutiendus.

Hanc pestem, ut effugiant Ecclesiastici, oppido *Pigrisia vi-*
considerent, 1. quod nihil agendo homines *tiorum pa-*
discant male agere, multam enim malitiam docuit otiositas, *rens.*
Ecclesiast. 33. v. 29. Et ut hominis pigrice & stulti agrum
 & vineam vrticæ replent & spinæ *Prou. 24. v. 30.* ita
 ignavi hominis animum vitia. *Nihil boni facere ait Sanctus Chrysostomus homil. 16. in epistol. ad Ephes.* *hoc*
ipsum est male facere, quod elegantissimis ibidem de-
monstrat exemplis. Horatius Satyr. 3.

Neglectis vrenda filix innascitur agris.

Et Ouidius lib. 1. de Ponto eleg. 6.

Cernis ut ignavum corrumpant otia corpus,

Et capiant vitium ne moueantur aque.

2. Quod tories inculcat Dominus Matth. 7. versic. 19. *Religionis*
Onnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in i-
gnem mittetur. Matth. 25. v. 30. Inutilem seruum eiicite in te- *incuriosus*
nebras exteriores, illuc erit fletus & stridor dentium. Luca. 12. damnabitur.
v. 14. Ille seruus qui non cognovit voluntatem Domini sui, &
non preparauit, & non fecit voluntatem eius, vapulabit multis,
qui